



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De ecclesiasticis seculares potestates habere desiderant. ccxxxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De prædicatione presbyterorū. Cap. CCXXXVII.

Ex cœcil. Triburiæ **P**ræcipimus vobis, vt vnuſquisque vestrū super duas seu tres hebdomadas, diebus dominicis seu festiuitatibus cui interfuerunt, tibus sanctorum, populum sibi commissum doctrinis lutiferis ex sacra scriptura sumptis in Ecclesia sibi cōmītis Arnolph. sa post Euangelium perlectum instruere studeat, & iubea illis, vt nullus de Ecclesia exeat, antequam à presbytero siue diacono vltima laus, id est, benedicamus domino, autem missa est, pronuncietur.

De ecclesiasticis si seculares potestates habere desiderant. Cap. CCXXXVIII.

Ex epist. Gre. pæ Secundino seruo Dei recluso directa. **C**ertum namque est non vos ante exercitui ducen præponere, nisi vobis labor eius fidēsque complacere, & nisi eum ante actæ vitæ virtus & solicitude aptum esse monstrauerit. Si verò non aliis nisi huiusmodi viri committitur gubernandus exercitus, qualis dux esse debet beat animarum ex istius bonæ rei comparatione colligitur. Sed verecundum nobis est, & dicere pudet, quia sacerdotes sibi ducatum arripiunt, qui exordium religiosæ militiæ non viderunt.

Vt viri veraces & Deum timentes, in ciuitatibus & in publicis vicis decani constituatur. Cap. CCXXXIX.

Ex cœcil. Rotoma. cap. 9.

Vt populus admoneatur vt in dominicis & festis diebus omnes ad vesperas, & nocturnas vigilias, & admissam omnimodis occurrant, & vt decani in ciuitatibus & in vicis publicis viri veraces, & Deum timentes constituantur, qui desides, & negligentes commoneant, vt ad Dei seruitium absque occasione properent, & vt ipsi decani sacramento adstringantur, vt nulla interuenient causa, scilicet, aut amoris, aut timoris, aut propinquitatibus, muneris, negligentes & transgressores reticeant, quin sacerdotibus proprias eorum culpas manifestent. Sacerdotum autem erit ita eorum vitia, zelo & amore diuino, cum debita disciplina corrigete, sicut ipsi nolunt pro aliorum erratibus sententiam iustæ damnationis suscipere. Et dies festi à vespera usque ad vesperam absque opere servili cum debito honore celebrentur.

FINIS LIBRI SECUNDI.